

178




Dissertationes in hoc volumine contentae.

1. Positiones quaedam Juridico-Politicae dubias quas praesentavit Henrico Grosse, J. V. D. publico venientiam commissis Jacobo Clemens. Vratislaviae. Siles. Wittebergae.
2. Conclusiones aliquotae propositae a Daniele Kahl J. C., et defensas a Gottholdo Martini J. C. Heidelbergae.
3. Positiones et inculpatae tutelae, quas disputandas proposuit Leopoldus Haselmann. J. V. D. Resp. Bernhardus ab Arnim. Eq. March. Lipsiae.
4. Dissertatio de Factis, quam praesentavit D. Wilhelmus Schmecken et defendit Wilhelmus Müller. Hamburgi Lipsiae.
5. Dissertatio ad l. Transigere. 18. C. et Transactionibus, quam Conradus Carpzeovig J. V. D. Resp. Christiano Carpzeovio Collic. Misn. Wittebergae.
6. Positiones ex eadem l. 18, quas placida collatae Lubicis Franciscus Romang. J. V. D. Resp. Christiano Brandenstein. Lipsiae.
7. Assertionem de Servitutibus realibus, quas examinandas proposuit Friedrichus Georgij. J. V. D. Resp. Philippo Lockmann. Jov. nensi. Lipsiae.
8. Dissertatio de dolo, quam praesentavit Valentinus Thiemero. J. C., publico examini subiecit Augustus Kölyer. Hannover. J. C.
9. Dissertatio de Probationibus, quam praesentavit Conrado Carpzeovio J. V. D. publico examini exhibuit Henricus Schabbeke. Wismar. Me., Gapol. Wittebergae.
10. Dissertatio de Fidei Testamento, quam praesentavit Orosolpho Formanno. J. C. mis Johannes Christophorus Aremann. J. C. J. C.

30. 31. 32.

Christi...
V...
P...
A...
O...
N...
I...
D...
E...
S...
T...
U...
M...
I...
N...
S...
P...
E...
S...
T...
U...
M...
I...
N...
S...
P...
E...
S...
T...
U...
M...



Magnifici, Amplissimorum, Clarissimorum Consultissimorumque Virorum

Dn. D. MICHAELIS VVIRTH Ordinarii,

Dn. D. AMANDI PFISTERI Senioris,

ut & reliquorum Inclyti Collegii Iuridici Almæ Academiæ Lipsiensis Assessorum, Dominorum,
Præceptorum & Patronorum suorum, devotissimè colendorum, Decreto, subsequentes Positiones

DE APPELLATIONIBVS

Pro LICENTIA DOCTORALI in utroque Iure consequenda
publicæ discussioni exponit

ENOCH HEILAND VVEISSENFELSENSIS.



Appellationis vox, ex usu Iuris, primò latè pro quacun-
que nominatione; post pro exactione debiti; hinc pro quavis,
ob gravamen illatum, coram superiore conuentione; & deniq;
pro modo sententiæ, ab inferiore lata, à superiore reformandæ.

I.

Posteriore hac significatione retentâ, definiri poterit Appellatio, quòd
sit: Iudicis superioris, de sententiâ, ab inferiore lata, emendanda, solennis im-
ploratio.

III.

Eam & origine & informatione Iuris Civilis esse statuo, unde consecra-
rium, eandem coangustari & tolli per statutum posse, quo stante Supplicatio-
nis adhuc supererit remedium.

IV.

Commune est hoc beneficium, tam suo, quàm alieno, nomine, condem-
natis; sed & iis, quorum saltem interest, nisi qui, vel pacto, vel lege, prohibean-
tur.

V.

Lege prohibentur Contumaces, etiam præsumti, confessi in Iure & con-
uicti, tribusq; conformibus sententijs condemnati.

VI.

Appellamus ab omnibus omninò Iudicibus, tam Delegatis, quàm Ordi-
narijs, non tamen Compromissarijs.

VII.

In omnibus porrò, etiam minimis, arbitrio Iudicis commissis, Fiscalibus,
alimentorum, dotalibus, & pijs causis; Sed & omnibus, paucis exceptis, cri-
minum generibus, de Iure scripto, Generali tamen Germaniæ consuetudine
contrarium constituyente, Appellatio interponitur.

VIII.

Iure Civili ab Interlocutoria, nisi damnum contineat irreparabile, non
Appellatur, quod tamen Iure Canonico, ab omni gravamine provocationem
largiente, concessum reperitur.

IX.

In causis præterea Officialium, ratione Officij motis, respicientibus dila-
tionem, & à delatione vel relatione Iuramenti, Appellatio interdicitur.

X.

Causæ possessoriæ an Appellationem recipiant, ambigunt Dd. Veritati
tamen magis conveniens, ut utroq; Iure, quoad Effectum Devolutivum, non
tamen Suspensivum, ea admittatur.

XI.

Interdum tamen etiam in possessoria causa utroq; modo denegatur Ap-
pellatio, scilicet si de hærede scripto, in possessionem hæreditatis mittendo,
agatur, id quod etiam in condemnatione ad solvendas Decimas, Iure Pontifi-
cio, receptum est.

XII.

Cæterum ab Inferiore ad proximè Superiorem, verùm Errore, omisso
medio, superiorem sive parem, Appellanti, non officiente, provocatur.

XIII.

Sanè Saltuaria Appellatio, etiam si à parte nihil oppositum fuerit, nihilo
magis tamen, nisi in casibus specialiter exceptis, recipietur.

XIV.

Forma Appellationis consideratur in Interpositione, Petitione Aposto-
lorum, Introductione & Prosecutione.

XV.

Et interponendæ quidem Appellationis forma consistit in modò dicta
Graduum & Decendij, de momento in momentum, ab hora latæ sententiæ,
etiam computatis ferijs, currentis, observatione, rejecta Dd. inter scientem &
ignorantem, locupletem & egenum distinctione.

XVI.

A Definitiva, vel vim Definitivæ habente, in scriptis, an sine scriptura, in
continenti, an ex Intervallo præfato Appelletur, nihil interest.

XVII.

In Appellationibus autem ab Interlocutoria, & causæ gravaminum ut
exprimantur, & scriptura ut interveniat, quin & in continenti interposita Ap-
pellatio viva voce ut fiat, ex intervallo verò in scriptis, nisi contrarium statuto
vel consuetudine receptum sit, necesse est, id quod & Elect. Sax. Ord. Appell.
comprobatur.

XVIII.

Hinc ad Apostolos fit progressus, quorum solennitas in eo consistit, ut &
intra 30. dies, à tempore latæ sententiæ currentes, & instanter, à Iudice à quo,
per Appellantem, exposcantur.

XIX.

Introducendæ porrò Appellationis tempus, cum pro varietate tribuna-
lium & ipsum varietur, argumento est, libero Iudicis, nisi statuto jam ante de-
terminatum sit, committendum esse arbitrio.

XX.

Qua in parte si Iudex à quo acta primæ instantiæ, ad petitionem Apellan-
tis, edere nolit, literis superioris Compulsorialibus, ad id cogetur.

XXI.

Appellationis deniq; proseguendæ terminus regulariter annus est, usq;
& continuus, & à tempore Interpositionis computandus.

XXII.

Quod tamen ipsum non obstat, quo minus, iusto impedimento interve-
niente, tempus hoc possit & præveniri & prorogari, pro Iudicis, ad impedi-
menti illius qualitatem accommodato, & intra biennij terminum, nisi in tri-
bunali Imperatorio causa ventiletur, conclusio arbitrio.

XXIII.

Partium quin etiam si intervenerit conventio, & coangustari & proro-
gari hunc terminum, quod tamen in Decendio Interpositionis, & quoad Iu-
dicem & quoad partes, secus est, præfato modo, posse non diffiteor.

XXIV.

Quoties hisce solennitatibus satisfactum non fuerit, toties sententia
prius lata transit in rem iudicatam, Executioni q; proinde, nisi obstet ulterior,
à sententia super desertione lata, Appellatio, post quadrimestre spacium, in
personalibus actionibus, statim verò in realibus, de Iure communi: At harum
terrarum sex septimanarum & trium dierum, indistinctè, à Iudice à quo, de-
mandatur.

XXV.

Salvo tamen adhuc nullitatis & restitutionis in integrum, pro causarum
qualitate, remedio.

XXVI.

Sin autem debito modo satisfactum fuerit hisce Appellationis formalibus,
duplex inde resultat Effectus: Devolutivus & Suspensivus: Illo quidem
casu causæ cognitio ad Iudicem ad quem devolvitur: Hoc verò & Iurisdictio
& sententia Iudicis à quo, concurrente in Appellatione ab Interlocutoria In-
hibitione, & hac posita, utrobique; attentorum rescissione, nec non l. per hanc
4. C. de temp. Appell. remedio, suspenditur.

XXVII.

Verùm ita, ut nihilo magis, post didicita testificata, in hac secunda Instan-
tia, testes, super iisdem vel directò contrarijs articulis, utroq; Iure, admittan-
tur, quod & Electoris nostri Sereniss. approbat Constitutio.

XXVIII.

Demum si, in prosecutione Appellationis, apparuerit frivolè quem Ap-
pellasse, causa ad Iudicem à quo remittitur, & Appellans in Expensas con-
demnatur: Sin Iustè, cessat remissio, Expensæq; mutuò compensantur.

Quæritur

I. Procurator, ad agendum datus, si Appellaverit, an tenea-
tur etiam ad prosecutionem Appellationis?

II. Procuratore, ob lapsum temporis, ab Appellatione remo-
to, an principalis adhuc sit audiendus?

Ad diem Iovis proximum XX. Septemb. 1610. horâ locoq; consuetis.

MICHAEL LANTZENBERGER EXCVDEBAT Anno 1610.

30.31

321

non 7

Magnifici Amplissimi

Dr. D. MICHAEL

Dr. D. AMATI

ut & scripturam hanc collegio

hanc & hanc

DE AP

IN LICENTIA

AD

collatione hanc & hanc

hanc & hanc

hanc & hanc

hanc & hanc

hanc & hanc

hanc & hanc

hanc & hanc

hanc & hanc

hanc & hanc

hanc & hanc

153709


AB: 153709

X2615956

Retro ✓

VD17





15



Inches 1 2 3 4 5 6 7 8
Centimetres 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19

Farbkarte #13

B.I.G.

| Blue | Cyan | Green | Yellow | Red | Magenta | White | 3/Color | Black |
|---|---|---|---|---|---|---|---|--|
|  |  |  |  |  |  |  |  |  |
|  |  |  |  |  |  |  |  |  |

